

**xxvi.** Addit, quod res vniuersi ita sunt inter se dispo-  
site, & connexae, ut alia aliis omnino indigeant,  
vel ad suam conseruationem, vel ad suas actio-  
nes peragendas, omnes etiam ita intendunt totius  
vniuersi integratatem, & conseruationem, ut pro-  
pria commoda interdum defraude propter illam  
tuendam; ut aqua ascendit ad replendum vacuu-  
& terra prater suam naturalem conditionem, al-  
tiorem locum occupat, quam aqua, ut est magis  
recepta sententia. Quod si (ut alii volunt) aqua sim-  
plieiter eminet, illud est mirabilis, quod semper  
continet tumentes fluctus suos, ne terrae pulchri-  
tudinem, omninoque eius habitatores obtruant. Quia  
ergo ex illis partialibus causis erit sufficiens ad  
suum proprium effectum tuendum, ac conserua-  
dum? Nulla sane. Sed oportet mystorum vel ani-  
malium autem rogare aquarum dominum, ut  
ipas contineat, ne suos effectus defraudent, & ad  
hunc modum vnaqueque postularet auxilium al-  
terius, ut suum effectum tueri, aut conseruari pos-  
set. Atque similia incommoda, & absurdia exco-  
gitari facile possunt, qui reuera id quod ex mul-  
tis imperfectis coalescit non potest non esse im-  
perfectum. Igitur tam mirabilis structura, & di-  
uersitatem rerum mirabilis comppositio, & ordo  
sive uno supremo archiecto concipi non potest.

**xxvii.** Quod si quis alteram partem dilemmatis sup-  
ra positi eligat, & dicat, esse quidem plura prima  
principia rerum vniuersi, singulata per se  
sufficiencia ad totum gubernandum, & virtute ac  
perfectione aequalia, &c. Contra hoc in primis  
est, quod sine fundamento dicitur, hinc causa  
diuisione inter se vniuersi productionem p. par-  
tes, nam ex quo effectu id colligitur? vel, si non  
colligitur, quis hoc renuelt? Rursum rationes fa-  
ctae ab solitate concludunt esse necessariam vnam  
ad eamaram causam per se intendente toutu vni-  
uersitatem, cuiusque commodis attendentes: & non  
sufficiere causas partiales, sine tales sint ex impo-  
tentia, sive ex voluntate. Præterea, contra eum qui  
hoc fingeret, sufficiens ratio esse debet, quod super  
flue, & sine rationabili motu tot principia in-  
troduceret. Nam si vnaqueque ex illis causis suffi-  
cientis ponitur ad producendum, & gubernandum  
totum vniuersum, prout nunc est, & secundum  
omnem perfectionem, que in eo desiderari potest,  
quid est cur plures hinc primi causae esse singu-  
lare? aut ex quo effectu talis multitudine inveniri,  
aut credi potest? Foras quis se p. debeat, talen mui-  
titudinem non ponit pro effectu, seu quia ad talē  
ac in effectum fit necessaria, sed quia per se p.  
tinet ad rerum perfectionem, ut res adeo perfecte  
multiplicantur. Sed contra, nam potius vnitatis, &  
singulae illius natura per inter maximè ad per-  
fectionem eius, & aliorum. Quod ex professo ap-  
bandonum est infra tractando de vnitate Dei, &  
attinetur etiam in posteriori puncto huius sectio-  
nis. Et nunc declaratur breuer, prosequendo co-  
federationem illius primi entis sub ratione cauæ  
& secundum habitudinem ad hunc effectum ade-  
quatum qui est totum vniuersum, in qua confide-  
ratione, & ratione nunc insistimus. Igitur si hoc  
vniuersum habetur plura prima principia, nullū  
illorum haberet perfectum dominum in totum  
vniuersum, & consequenter nullum eorum posset  
perfekte illud gubernare: nam si vnum eorum vel  
aliquid corrumperet, vel annihilarat, altero no-

A lente non posset, quia ab illo solo posset sufficien-  
ter conseruari. Et similiter si vnum eorum velleret  
aut ventos, aut pluvias excitare, altero resistente  
non posset, quia essent ut minimum aequalis virtus:  
& sic de aliis. Igitur ad perfectionem talis cæ-  
stis causa est, & sui effectus dominus, & ad perfectam  
eiudem effectus gubernationem spectat, ut tales  
causa inter se aequaliter non multiplicentur. Hinc  
Arist. 12. lib. sua Metaph. recte conclusit verbis  
paullus ante citatus. Hinc etiam est illud vulgari  
Homeri lib. 2. Iliadi.

Multos imperita re malum est: Rex vnicus est. Homerius.

Lactantius.

Vnde recte Laetantius lib. 1. de falsa religione  
c. 3. primum improbat multitudinem principio-  
rum, & gubernatorum vniuersi, qui inter se par-  
tiantur officia, quia necesse est eos imbecilles es-  
se, [siquidem singuli sine auxilio reliquiū tan-  
toles gubernaculum sustinere non possint.] Deinde probat non posse plures tales esse, quale  
nos volumen vnum, quia singulorum potestas  
[inquit] [progrederi longius non valebit, occurren-  
tibus sibi potestatis ectorum: necesse est. n.  
vit sive quisque limites aut transgredi nequeat, aut  
si transgredi fuerit, suis alterum fratribus pellat.]

B • Hieron. epist. 4. ad Rusticum, variis exemplis  
tam naturalibus, q. politicis ostendit non posse re-  
gnū duos capere, & præter impatiencem esse cōsortes.

Solū posset quis ex cogitare, & dicere, hoc esse  
verum in his qui possunt habere repugnantes vo-  
luntas, hoc autē mūdi gubernatores aut procrea-  
tores habere illas omnino concordes. Qui autē sic  
existimat, ut perfectum dominatum aut regimen  
vniuersi tueatur, cui non potius vnam in voluntate  
intelligat à qua omnia pendeant, & guber-  
nentur: Nam, ut recte dixit D. Thom. 1. p. q. 103.  
art. 3. [Illiud quod per vnum est, potest esse cau-  
sa unitatis convenientiis q. multi vni, unde mul-  
titudo melius gubernatur per vnum, q. per plures.] Deinde aut illæ voluntates essent concordes ex  
necessitate naturæ, aut ex libera consensione. Pri-  
mum intelligi non potest nisi voluntates illæ careat  
libertate, & semper ex necessitate naturæ operentur,  
quod de primo principio sensu non potest, ut  
infia ostendat. Assumptum vero patet, quia si  
viraque voluntas est libera, & neutra in alteram  
efficiaciam habet, sed utraque est absolute, & in-  
dependens, quia necessitate non utræ fieri potest, ut  
quod vna vult, velit altera? Multo vero minus id  
est posse et ceterum, & infallibile per liberam con-  
sensionem: quia non est maior ratio cui vna alteri  
conferat, quam e converso, neque cur vna inci-  
piat, & altera obsequatur: et ergo veluti causa eue-  
niens talis concordia, & eadem ratione posset sa-  
pe interuenire discordia.

XXVIII.

Occurrunt tertie obiectio[n]i, & agitur de cau-  
sa efficiente intelligentiarum.

**Q** Væ haec tenus diximus, evidenter (vt existi-  
mo) procedunt de illo primo ente, quod est  
causa huius vniuersi visibilis, quod nos ex-  
perimus, & idcirco facile possumus ex illo phi-  
losophari, & discurrere, sed tunc occurrunt ter-  
tia obiectio[n], quia ex hoc effectu, & vnitate vniuersi  
probare non possumus intelligentias, & res spi-  
rituales non habere esse à se, aut esse creatas  
ab

xxxi.